



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

94. Fer. 4. Quantum differat hora mortis nostræ, ab hora mortis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO XCIV.

Feria 4. Domin. 3. Quadrag.

*Quantum differat hora mortis nostræ,
ab hora mortis Christi.*

Videbo Dominum mortis domitorem, & me mortis mancipium. Petam agnoscere harum differentiam horarum, & particeps fieri horæ Christi.

Conf. 1. Tripliciter nos morti subjectos:
1. Quoad scientiam: *Nescitis diem, neque horam, & : Quâ horâ non putatis Filius hominis veniet.*
2. Quoad potentiam: quia mors nobis est inevitabilis: *Statutum est omnibus semel mori.* ad Heb. 9. & : *Quis est homo, qui vivit, & non videbit mortem?* Ps. 87.
3. Quoad appetitum naturalem, quem nunquam adducere possimus, ut mors ei placeat: imò non est possibile, ut ei non displiceat: quia qui in hoc tabernaculo sumus, ingemiscimus gravati, 2. Cor. 5. eò quòd non cupimus expoliari, sed supervestiri: & : *Alius cinget te, & ducet, quod tu non vis.* Ioan. 21. Itaque hora mortis non est nostræ, sed nos sumus ipsius.

Conf. 2. Mortem Christi prorsus contraria habere omnia mortis nostræ, cui dominatus est ex toto. 1. Quia habuit ejus scientiam a Ioã. 13. Sciens Iesus, quia venit hora ejus 2. Quia habuit ejus voluntatem, liberè enim, Isai. 53.

156 FERIA 4. DOM. 3. QUADRAG.

oblatuſ eſt, quia ipſe voluit. 3. Quia habuit
potentiam in illam: ſi enim voluiſſet, pluſ
quàm 12. legionibus Angelorum eam reje-
ciſſet, neque ipſa unquam Chriſtum vincu-
liſ, flagriſ, ſpiniſ, claviſ, cruce, lancea in vaſi-
ſet. Reſignabo horam mortis meæ in poten-
tiam, ſcientiam, & voluntatem Dei.

Conf. 3. Quantuſ fuerit in D. IESU appe-
tituſ patiendi pro nobiſ: quidquid enim tota
tenebrarum poteſtas contra eum machinata
eſt, totum ſimul ſumptu horam tantum vo-
cat: quomodo ergo paſſio mea mihi quædã
æternitas apparet, & chaos impermeabile?

MEDITATIO XCV.

FERIA 5. DOMIN. 3. QUADRAG.

*Chriſtuſ vetans ſe defendi, Magiſter
Patientiæ.*

Aſpiciam Dominum Patientiæ Magiſtruſ:
cũ enim vincere patientiã inauditum,
tam novæ artiſ magiſtro & exemplo fuit o-
puſ Deo. Petam agnoſcere modum gerendi
me in adverſiſ.

Conf. 1. Chriſtum D. reſutantem Petri ze-
luſ non ſecunduſ ſcientiam: quia temera-
riuſ: periculo enim expoſuit & ſe, & Chri-
ſtum, quamvis hæc Petruſ non conſiderave-
rit, affectu abductuſ, itaque ſequentibuſ
cum rationibuſ reiicit.

I. Cor.